Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26055
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ꝛ inde ꝓficit. Vnde etiam aurora ipsa consurgens dicitur: ut uidelicet
uirtutū structura, consurgens ab humilitate tanquā ꝓpio fundamēto eri
gatur: Igitur ad ostendendā eius humilitatē dictū est. Sic aurora ꝯsurgens.
Illud uero qd sequitur. pulchra ut luna: castitatē demonstrat. Porro luna dr:
splendorē suū n̄ a se habere. s; a sole trahere: quantoq; solis conspectui
cernenda opponitur. tanto maiore sui parte ab eiusdē solis lumine illustratur.
Similiter congregatio scā. seu queq; fidelis anima. si ueri solis obtutibus offeratur
intuenda: sine dubio ex uisione illius admittit ꝓtinus in se decus quoddā
pulchritudinis. ꝛ uenustatē castitatis. Vnde fit ut ex eius lumine crescens
ꝛ ꝓficiens: etiā ad ꝑfectionē ꝓuehatur: ut recte dicatur de illa qd sequitur:
electa ut sol. Quare ut sol. An ideo quia fulgebunt iusti sicut sol in regno
patris eorum. S; ibi unde sicut sol fulgebunt: n̄ de splendore uestis nuptialis.
Ipsa ē enim qua utiq; in tris adhuc positi. uestiendi erant illi quibus dictum ē.
Vos autē sedete in ciuitate. donec induamini uirtute ex alto. Hac uirtute
caritatis quā uestis illa nuptialis significat quisquis indutus fuit. eāq;
in se recte ordinauit: erit ꝓculdubio terribilis hostibus suis. ut castrorū
acies ordinata. Nam de ceteris quidē uirtutibus quantascunq; sine caritate
habuit. n̄ curant demones. cū uero caritatē ꝛ ipsā ordinatā in acie
uiderint: illico ꝓcipites aguntur in fugā. Potē etiā in eo qd dicitur elec
ta ut sol ꝑseuerantia intelligi. que tantū electorum est. In eo autē qd sequitur.
terribilis ut castrorum acies ordinata. discretio mater uirtutū: ꝑ quam terrentur
ꝛ fugantur demones. acquiruntur ꝛ conseruantur uirtutes. Possent ꝛ alia
multa. in hac secda emissione congrue ꝛ intelligi ꝛ dici: s; hec pauca de
multis dixisse sufficiat.

Tercia emissio conuenit scis ꝓdicatoribus: de quorum uita ꝛ doc
trina etiā uox illa sub admiratione ꝓfertur: Que est ista
que ascendit de deserto. deliciis affluens: innixa sup dilectū suū. In prima
emissione dictum fuerat que ē ista que ascendit ꝑ desertum: in hac autē dicitur
que ascendit de deserto: quia nimirū ibi penitentes cōpungunt spine
ꝑ quas incedunt: hic uero doctores quicquid de sclo surripe potuerunt. sublimi
mente calcauerunt: ideo dictū ē de deserto. S; querendū ē que sunt ille
delicie quibus affluere dicuntur: ꝛ quis ille dilectus. aut cur sup eum inniti
dicantur: Neq; enim parui estimande sunt: que a supernis ciuibus delicie nomi
nantur.